turis. alios binis. alios trinis. usos
ee noib;. Et hoc utiq; in utroq; testam
to. ut salomon q ecclastes. & ydida
uocat e. 7 mathis q et leui dictus e. 7
alia plura i hc modu. Scdm g hac co
suetudine uidet nob et paul dupli
ci uocatus uocablo. sic scriptu e i ac
tib; aplor. saul qui et paul. u eu
derit ostendit scriptura. n ei te pmum
pauli nom impositu. s; ueris appella
tiois id fuisse assignat. dieronimo
au in lib hebraicor noiu. paul mira
bilis siue elect interptari dr. quē 7 do
min ipe uas electiois uocauit. et ta
Conditione — uita q doctna mirabile fec. Sequitur.
Orig. — Seru ihu x. Querend e cur seru dicat.
q alibi scpsit. Non eni accepistis spm
seruitutis 7 c. & ite alibi. Itaq; ia n e
seru s; lib. Et dns apls ait. Ia n dica
uos seruos s; amicos. ad qd dicendu e
qd duo st gena seruitutis. Est eni ser
hu. — uit timoris & pene seruilis. 7 e seruj
tus amoris & filiatiois atq; humilita
tis. qua instar filij q seruit. n uult
aug. — offende patre. Sig id scdm humilita
tis 7 amoris seruitute dictu putem.
n errabim. Non eni p h ledit ueritas
libtatis in paulo. q; oi libtate nobi
lior e seru x; dicendo. g seru nom
humilitatis ponit. ut ad ea puocet
supbos. q b; scbebat. & ne misera ser
uit uideat. n simplicit ait seru. sed
addit. ihu. i. saluatoris. cui m'to oms
seruire debent. ei eteni seruire reg
nare e. Ihc u hebraice. sother grece.

latine saluator dr. qd nom ab angelo — haimo.
fuit impositum di filio. eo qd saluu faci
at pplm a peccatis eor. Addit x. i. regis 7
sacdotis. x eni grece. messias hebraice. lati
ne dr unctus. 7 in ueti testamto reges 7
sacdotes ungebant. Crist au unct e n — hu.
oleo uisibili s; inuisibili. i. plenitudine
gre spual. Vn in psalmo. Unx te ds ds
tuus oleo leticie. Hoc nom fuit alijs co
lum adiectiuu. s; ihu factu e ppu. 7 hoc — amb.
e sacmti nom. Seruu au ihu x se pfitens
apls a lege factoru se exutu ostendit. 7
utrumq; nom ponendo. i. ihu x. unam
di 7 hois x heriticos psona ee testat. ne — hyron mart i lib iiij qt heticos
aliu qde ihm. altm u xpm. suspicarem
fuisse. s; unu et eunde scirem esse. Seqt.
Vocat apls. Ecce dignitatis ad q pmot e. (nomen) — Dignitate
Ecce de humili factus e alt. ac si illis sup
bis quib; scribebat diceret. Ex seruo et hu
mili me fec aplm ds et sublime. ita 7
uos humiles stis ut exaltemini. q eni
se humiliat se exaltabit. Gram u com
dans n simplicit ait apls. s; et ponit uo
cat; qsi n a se ueniens tanq semet honore
sumeret. s; a do uocat e apls. i. ad aplatu
& etna electione que e scdm ppositum
7 tpali missioe qua a x missi st. ex qua
et apli uocati st. na sic gce angeli lati — aug sup ioh
ne nuntij uocant. ita gce apli latine
missi. t legati appellant. Vl uocat apls
id e dictus ab hominib; excellentia 7 p
uilegio nois. sic excellent cu dr urbs
intelligit roma. S eqt. Segregat in — Officiu amb.
eungliu dei. Ecce o fficiu. qsi dicat
Paulus dico segrega tus. i. a doctrina

gem nature. per quam potuit comprehendere
fabrica mundi testificante. auctorem suum
deum diligendum. sed iniusticia et impietas
in eis apparet. dum hec uidentes dissimu
lant a uarietate. non fatentes unum deum. Unde
subdit. Eorum qui ueritatem dei in iniusticia
detinent. Quasi si quis diceret. cur est eis ira de im
pietate, cum non cognouerunt deum? respondet.
Merito est eis ira. quia poterant quidem cogno
scere deum. et etiam eorum aliqui partim cog
nouerunt. sed sibi tollunt. malentes morari in
iuste in sua uoluptate. Sic lege litteram.
Hominum dico eorum qui ueritatem dei id est ueram de
deo cognitionem detinent. que sponte se eis
offerat. ipsi dico manentes in iniusticia id est in
malo opere. Bonum est quod tenent. sed malum est
ubi tenent. Veritatem enim tenet. sed in ini
quitate. Inuenisti enim deum, o gentilis, o
philosophe. et colis ydolum. inuenisti ue
ritatem. et ipsam detines in iniusticia. et quod
per dei opera cognouisti. per hominis peccata perdidisti.
Totum considerasti rerum ordinem. et non uis
attendere quod mundus dei opus sit. ydolum opus
fabri. Si faber ydolo sicut dedit figuram da
ret et cor. ab ipso ydolo faber adoraretur. Quo
modo ergo o homo faber tuus deus non est. si homo ydoli faber est.
Quis est deus tuus? Qui fecit te. Quis est deus ydoli? Qui fe
cit illud. Ergo si ydolum cor haberet. nonne
fabrum adoraret qui fecit illud. Ecce quomodo
detinent ueritatem dei in iniusticia. Occurrebat
autem apostolo. ut ei diceretur. unde illi detinent
ueritatem. ad quos deus locutus non est. nec legem ac
ceperunt. sicut populus israel. Respondit itaque et
ostendit unde. Quia quod notum est dei mani
festum est in illis. Deus enim illis reuelauit.
Quasi diceret. Vere detinent ueritatem dei. quia
hoc dei quod notum est id est id quod de deo nosci
bile est. manifestum est in illis ductu ratio
nis. Quasi diceret. In se habent unde noscere
possint quod cognoscibile est de deo. scilicet naturali
ratione. Ideo dicit quod de deo noscibile est. quia
multa sunt que de deo per naturam sciri non possunt.
ut de mysterio redemptionis et incarna
tionis. Notum dei est hoc. quod et huiusmodi
dispositione et naturali ratione assequi
possumus. Ignotum uero dei est. ratio substan
tie eius uel nature. que omnem latet creatu
ram. Similiter et misterium humane re
liberationis. Et uere manifestum est in illis
quod est noscibile de deo. quia non solum ratio
naturalis ad hoc profuit. sed et deus illis reuelauit
id est manifestauit per opus suum. per quod eos ad
iuuit. Hoc dicit. ne sola natura sufficere uide
retur. Ut enim deus qui natura inuisibilis est. eti
am a uisibilibus posset sciri. opus fecit quod opi
ficem uisibilitate sui manifestauit. ut per
certum incertum posset sciri. et ille deus
esse omnium crederetur. qui hoc fecit quod ab his
est impossibile fieri. Hec philosophi no
biles quesierunt. interrogantes creaturas de
creatore et omnium specie ac dispositione
quasi uoce respondente. et arte artificem cog
nouerunt. Unde sequitur. Inuisibilia
enim ipsius a creatura mundi per ea que facta sunt
intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque uirtus
eius et diuinitas. ita ut sint inexcusabiles.
quia cum cognouissent deum non sicut deum glorifi
cauerunt. aut gratias egerunt. sed euanuerunt
in cogitationibus suis. et obscuratum est insi
piens cor eorum. Dicentes enim se esse sapien
tes stulti facti sunt. et mutauerunt gloriam in
corruptibilis dei in similitudinem ymaginis cor
ruptibilis hominis. et uolucrum et quadru